

PROF. BRANDANUS MEIBOM

Fakultät	Medizinische Fakultät
Geboren	1678 in Helmstedt
Gestorben	1740 in Helmstedt
Kurzvita	Med. o. Prof. d. Pathologie und Semiotik in Helmstedt (1707–1740); o. Prof. d. Botanik und Leiter des Medizinischen Gartens in Helmstedt (1717–1740);
Studium in Helmstedt	Immatrikulation in Helmstedt: Brandanus Meibomius Helmstadiensis (20.09.1695)
Ehefrauen	Johanne Veronika Meibom geborene Phronäus, Heirat 1715
Porträt	HAB: A , 3792 A , 379,
Quelle	Ahrens 2004, S. 152 f.
GND	https://d-nb.info/gnd/129401331
Permalink	https://uni-helmstedt.hab.de/prof-144-meibom

Lehrstühle

1707–1740 Lehrstuhl für Pathologie / med. Semiotik, Helmstedt

1717–1740 Lehrstuhl für Botanik, Helmstedt

Vorlesungen (117)

Brandanus Meibomius D. Demandatam a Serenissima & Potentissima Domo Brunsvico Luneburgica possessionem solenni nuper de rei Medicae incrementis oratione ac praemisso programme auspiciatus in Pathologicis occupatur, & introductione in haec studia absoluta, Pathologiam generalem explicabit, inde ad specialem progressurus., Sommersemester 1707

Privatim ad usus & desideria studiosae juventutis labores & industriam suam accommodabit., Sommersemester 1707

Brandanus Meibomius D. versatur in expositione affectum, qui sexum muliebrem infestant, & iis absolutis nona de morbis occultioribus, malignis, pestiferisque suppediabit. Alia deinde pro captu & desideriis Auditorum auspicabitur & historiam corporis morbidum. habita etiam ratione status naturalis, cui illa omnis innititur, commentationibus illustrare perget., Wintersemester 1710/1711

Brandanus Meibomius D. finitis in pathologiam praelectiones aphorismorum Hippocratis interpretationem auspicabitur & eorum in arte eximium usum propriis ex fontibus plenius commonstrabit., Sommersemester 1711

Privata studia commodis & desideriis auditorum attemperabit., Sommersemester 1711

Brandanus Meibomius D. postquam labores, quibus occupatur, ad finem perduxerit, Jod. Lomnii praestantem observationum, ut vocat, libellum interpretabitur., Wintersemester 1712/1713

Absolutis item, quas de aquis mineralibus instituit, dissertationibus, alia pro desideriis Auditorum privato adjunget studio., Wintersemester 1712/1713

Brandanus Meibomius D. notitiam corporis morbidum tradet, operamque dabit, ut & genuina aegritudinem signa, & futuri in singulis eventus simul innotescant, vulnere quoque prognostica considerabit, ut ex solidis fundamentis de eorum lethalitate iudicium ferri possit., Sommersemester 1713

Et si quae fuerint alia Auditorum desideriis accomoda, privatam operam pollicetur.,
Sommersemester 1713

Brandanus Meibomius D. commentationes in Lomium sedulo urgebit & genuinas morborum notas omni cura tradet. Aliis etiam Dn. Commilitonum desideriis operam suam commodabit [...]., Wintersemester 1713/1714

[...] nec disputandi exercitia petentibus deerit., Wintersemester 1713/1714

Brandanus Meibomius D. morborum historiam omni cura tradet, nec quidquam praetermittet, quod ad acquirendam accuratorem corporis morbidi notitiam facere possit. Et si quae alia fuerint Dn. Commilitonum desideria, privatam operam studiumque pollicetur., Sommersemester 1714

Brandanus Meibomius D. finita expositione in morbos, qui abdominis partes afficiunt, reliquos eadem cura considerabit. Et si quid praeterea e re Auditorum esse perspexerit, lubens adiunget, ac desideriis eorum sua studia accommodabit., Wintersemester 1714/1715

Brandanus Meibomius D. finita expositione in morbos, qui abdominis partes afficiunt, reliquos eadem cura considerabit. Et si quid praeterea e re Auditorum esse perspexerit, lubens adiunget, ac desideriis eorum sua studia accomodabit., Sommersemester 1715

Brandanus Meibomius D. commentationes pathologicae sedulo continuabit, quaeque ad notitiam corporis morbidi faciunt, uberius exponet & absolvere conabitur, aliis quoque Dn. Commilitonum desideriis satisfaciet & disputaturis suam operam pollicetur., Wintersemester 1715/1716

Brandanus Meibomius D. exposita particularium affectum historia prognosticam doctrinam in genere tradet, signaque generalia morborum indolem & eventum indicantia cum cura perpendet. Institutiones deinde Medicas vel alia exercitia pro demandati muneris ratione adiunget, & publicis aequae ac privatis Dn. Commilitonum desideriis sua attempterabit studia., Sommersemester 1716

Brandanus Meibomius D. Institutiones Medicas & prima artis fundamenta exponet, nec quidquam praetermittet, quod ad solidorem rei medicae scientiam facere queat: aliis in partibus laudabiles Dn. Commilitonum conatus privato promovebit studio., Wintersemester 1716/1717

Brandanus Meibomius D. quantum Magistratus, quo fungitur, Academici negotia permiserint, quos nuper coepit, in compendium Waldschmidianum labores sedulo continuabit & alia adiunget exercitia desideriis & usibus Dn. Commilitonum attemperata., Sommersemester 1717

Brandanus Meibomius D. absoluta morborum historia doctrinam de signis publice proponet [...]., Wintersemester 1717/1718

[...] privatim physiologica tractabit & statum corporis naturalem considerabit. Alia etiam Dn. Commilitonum desideria promovebit, & qui disputando ingenii vires ostendere voluerint, iis operam suam lubens offert., Wintersemester 1717/1718

Brandanus Meibomius D. genuinas morborum notas signaque ex propriis fontibus hasta ad discernendas accuratius morborum differentias omni industria proponet., Sommersemester 1718

Botanica etiam studia clementissima Serenissimorum & Potentissimorum Academiae Nutritorum voluntate sibi demandata respiciet, florentesque suo tempore plantas nativa methodo demonstrabit, & vernantis pariter ac adultioris Florae delitas considerabit, id quod praemisso lectionibus programme pluribus docebit., Sommersemester 1718

Privatam operam Dn. Commilitonum desideriis attemperabit., Sommersemester 1718

Brandanus Meibomius, D. Fundamenta artis tradere perget & has commentationes ad finem perducet, materiam quoque Medicam tractat [...]., Wintersemester 1718/1719

[...] plantarum in Horto demonstrationes, dum coeli temperies & Florae vigor favebunt, continuabit; quibus ex voto Dn. Commilitonum alia etiam adiunget exercitia., Wintersemester 1718/1719

Brandanus Meibomius D. Absolutis in institutiones praelectionibus aphorismorum Hippocratis interpretationem suscipiet, simplicia item ex triplici regno desumpta examinabit & genuinam noscendi plantas methodum in Horto Medico proponet., Sommersemester 1719

Brandanus Meibomius D. genuinas morborum notas signaque propriis ex fontibus deprompta tradet; nec in aliis, quae ad solidorem rei Medicae scientiam faciunt, industriam suam desiderari patietur., Sommersemester 1720

Botanica etiam studia favente coeli temperie tractabit, & florentes suo tempore plantas exhibebit, earumque & aliorum simplicium, quae triplici, uti loquuntur, regno continentur, vires simul ac indolem pro demandati muneris ratione considerabit., Sommersemester 1720

Brandanus Meibomius D. P. P. O. Archiater Guelphicus lectiones in Lommium, quas nuper coepit, quantum Magistratus Academici curae permittent, continuabit;[...], Sommersemester 1721

[...]quibus botanicas suo tempore junget., Sommersemester 1721

Privatim in Joh. Bohnii de renunciatione vulnere libellum commentabitur., Sommersemester 1721

[...] Privatim pathologiam specialem & practicam tradet., Sommersemester 1723

[...] Botanicas etiam lectiones suo tempore instituet, quaeque Hortus Medicus suppeditat, simplicia demestica & exotica exhibebit. [...], Sommersemester 1723

Brandanus Meibomius D.P.P. Arch. Guelph. absolutis, quae ex Waldschmidio supersunt, medicamentorum simplicium naturam usumque considerabit, ad compositorum examen dein progressurus. [...], Sommersemester 1723

[...] Florae etiam reliquias, dum coeli temperies permittet, in horto Academico exhibebit. [...], Wintersemester 1723/1724

Brandanus Meibomius D. Arch. Guelph. P.P.O. selectas Hippocratis sententias & eximias observationes aphorismorum libro comprehensas interpretabitur & ex genuinis fontibus illustrabit. [...], Wintersemester 1723/1724

[...] Et si quae sint alia Auditorum desideria, privata opera omnique studio iis satisfacere conabitur., Wintersemester 1723/1724

[...] Privatim materiam medicam & pathologica tractabit., Sommersemester 1724

[...] Notitiam rei herbariae simul tradet & demonstrationes botanicas in Horto Medico suo tempore instituet. [...], Sommersemester 1724

Brandanus Meibomius, D. Arch. Guelph. P.P.O. absolutis in aphorismos Hippocratis commentationibus doctrinam de signis medicis exponet. [...], Sommersemester 1724

[...] Et si quae sint alia Auditorum desideria, operam suam studiumque offert., Wintersemester 1724/1725

Brandanus Meibomius D. Arch. Guelph. P.P.O. Quas nuper explicare coepit, Jodoci Lommii observationes medicas omni cura exponere perget, & absoluta morborum, qui frequentius occurrunt, historia, rariores, quorum & cognitio difficilius & causae abstrusiores ex observationibus proponet. [...], Wintersemester 1724/1725

Brandanus Meibomius D. Arch. Gv. P.P.O. Rei herbariae notitiam tradet & demonstrationes botanicas in Horto Medico instituet, simul vegetabilium & dein mineralium atque animalium vires indagabit. Aliis quoque in partibus, quantum magistratus, quo fungitur, ratio permittet, Auditoribus praeibit., Sommersemester 1725

[...] Privatim pathologiam specialem & practica tractabit., Wintersemester 1725/1726

Brandanus Meibomius, D. Arch. Gv. P.P.O. Absolutis in S. Dale pharmacologiam commentationibus,

aphorismorum Hippocratis interpretationem suscipiet, & selectas sententias disputando illustrabit. Florae etiam reliquias in horto Medico, dum coeli temperis permittet, exhibebit. [...], Wintersemester 1725/1726

Brandanus Meibomius Arch. Gv. P.P.O. Commentationes in aphorismos Hippocratis omni cura instituet, eorumque eximium in arte usum genuinis ex fontibus proponet. Botanicum etiam studium favente coelo promovebit & florentes in Horto Medico plantas secundum nativam methodum demonstrabit. [...], Sommersemester 1726

[...] Quibus ex voto & desiderio Auditorum privatos junget labores., Sommersemester 1726

Brandanus Meibomius Arch. Guelph. P. P. O. absolutis in aphorismos Hippocratis commentationibus morborum historiam exponet, [...], Wintersemester 1726/1727

[...] & Florae reliquias in Horto Medico exhibebit. [...], Wintersemester 1726/1727

[...] Privatim institutiones Medicas tradet., Wintersemester 1726/1727

Brandanus Meibomius Arch. Guelph. P.P.O. quas nuper coepit, in Lommium commentationes, omni cura persequetur. [...], Sommersemester 1727

[...] Hisque junget Botanicas in horto Medico demonstrationes & remediorum simplicium examen [...], Sommersemester 1727

[...], aliosque pro desideriis Auditorum privatos labores., Sommersemester 1727

Brandanus Meibomius Arch. Guelph. P. P. O. absoluta morborum historia, doctrinam de signis exponet, [...], Wintersemester 1727/1728

[...] & Florae reliquias in Horto Medico exhibebit., Wintersemester 1727/1728

[...] Nec in aliis, quae ad solidiorem rei Medicae notitiam acquirendam faciunt, industriam suam desiderari patietur., Wintersemester 1727/1728

Brandanus Meibomius Arch. Guelph. P. P. O. notitiam corporis morbidi tradet, [...], Sommersemester 1728

[...] & botanicas suo tempore demonstrationes secundum nativam methodum instituet, & domesticas pariter atque exoticas, quas hortus Medicus suppeditat, plantas, suo ordine exhibebit, viresque & usum vegetabilium considerabit., Sommersemester 1728

[...] Privatim fundamenta Medicinae & alia pro desideriis Auditorum explicabit., Sommersemester 1728

Brandanus Meibomius Arch. Guelph. P. P. O. notitiam corporis morbidi tradet, [...], Sommersemester 1728

[...] & botanicas suo tempore demonstrationes secundum nativam methodum instituet, & domesticas pariter atque exoticas, quas hortus Medicus suppeditat, plantas, suo ordine exhibebit, viresque & usum vegetabilium considerabit. [...], Sommersemester 1728

[...] Privatim fundamenta Medicinae & alia pro desideriis Auditorum explicabit., Sommersemester 1728

Brandanus Meibomius Arch. Guelph. P.P.O. absoluta pathologia generali, specialem omni cura exponet, quaeque ad integram morborum historiam acquirendam faciunt, propriis ex fontibus suppeditabit. Florae reliquias in horto Medico exhibebit., Wintersemester 1728/1729

[...] Privatim Auditorum votis se attemperabit & exercitia disputatoria desiderantibus suam operam offert., Wintersemester 1728/1729

Brandanus Meibomius Arch. Guelph. P. O. absoluta particularium morborum historia, materiam, uti vocat, Medicam exponet, [...], Sommersemester 1729

[...] & botanicas suo tempore in horto Medico instituet demonstrationes. [...], Sommersemester 1729

[...] Privatim theoretica & practica tractabit., Sommersemester 1729

Brandanus Meibomius Arch. Guelph. P.P.O. absolutis, quae ad notitiam morborum pertinent, aphorismos Hippocratis exponet, & medendi methodum delineabit. [...], Wintersemester 1729/1730

[...] Florae reliquias in horto Medico exhibebit. [...], Wintersemester 1729/1730

[...] Et si quae alia sint Auditorum desideria, iis privato se attemperabit studio., Wintersemester 1729/1730

Brandanus Meibomius, Arch. Guelph. P.P.O. absolutis in medendi peritiam commentationibus, quantum per negotia Magistratus Academici licebit, specialem singulorum morborum curationem plenius exponet. [...], Sommersemester 1730

[...] Privatim desiderii Auditorum se attemperabit., Sommersemester 1730

Brandanus Meibomius D. Arch. Guelph. P.P.O. absoluta de signis doctrina, plniorem morborum notitiam exhibebit & botanicos suo tempore adunget exercitationes. [...], Sommersemester 1730

[...] Privatim casuale practicum habebit, aliisque Auditorum desiderii se attemperabit., Sommersemester 1730

Brandanus Meibomius Arch. Guelph. P.P.O. medendi methodum, uti nuper coepit, particularibus exemplis illustratam tradere perget; hinc specialem singulorum morborum curationem tractabit. [...], Wintersemester 1730/1731

[...] Privatim materiam, uti vocant, medicam & institutiones exponet., Wintersemester 1730/1731

Brandanus Meibomius, Arch. Guelph. P.P.O. absolutis in medendi peritiam commentationibus, quantum per negotia Magistratus Academici licebit, specialem singulorum morborum curationem plenius exponet. [...], Sommersemester 1731

[...] Privatim desiderii Auditorum se attemperabit., Sommersemester 1731

Brandanus Meibomius Arch. Guelph. P.P.O. specialem morborum tractationem omni cura proponet & materiam, uti vocant, medicam simul considerabit. [...], Wintersemester 1731/1732

[...] Privatim pathologiam tractabit & casuum practicum resolutionem exhibebit., Wintersemester 1731/1732

Brandanus Meibomius absolutis dissertationibus de affectibus capitis, pectoris & dein abdominis morbos eadem cura pertractabit. [...], Sommersemester 1732

[...] Privatim institutiones & pathologiam tradet, aliaque pro desiderii Auditorum auspicabitur. [...], Sommersemester 1732

[...] Exercitia disputatoria desiderantibus suam quoque operam offert., Sommersemester 1732

Brandanus Meibomius in praxi clinica tradenda & veris Medicinae practicae fundamentis exponendis sedulo perget, & medicamentorum simplicium vires ex genuinis fontibus explicabit. [...], Wintersemester 1732/1733

[...] Privatim medendi methodum praeibit, & casus selectiores, qui & provectiores instruant, & in principiis artis adhuc haerentes erudiant, exhibebit. Et si quae alia sint Auditorum desideria, iis se libens attemperabit., Wintersemester 1732/1733

Brandanus Meibomius absolutis commentationibus de morbis mulierum, affectus infantum eadem cura tractabit. [...], Sommersemester 1733

[...] Privatim practica docebit & materiam, uti vocant, Medicam proponet, aliisque Auditorum desiderii satisfaciet., Sommersemester 1733

Brandanus Meibomius in praxi clinica tradenda perget & medendi methodum specialibus exemplis illustratam proponet. [...], Wintersemester 1733/1734

[...] Privatim pathologiam & doctrinam de conscribendis medicamentorum formulis tradet., Wintersemester 1733/1734

Brandanus Meibomius doctrinam de febribus tradet, veramque medendi methodum ex genuinis fontibus exponet. [...], Sommersemester 1734

[...] Privatim materiam, uti vocant, medicam & practica tractabit, & si quae alia sint Auditorum desideria, iis lubens se attemperabit., Sommersemester 1734

Brandanus Meibomius absoluta de febribus doctrina medendi methodum ex genuinis fontibus proponet. [...], Wintersemester 1734/1735

[...] Privatim Collegia nova quaecunque pro auditorum desiderio inchoabit., Wintersemester 1734/1735

Brandanus Meibomius ex praxi clinica morbos capitis & dein pectoris delineabit, quantum Magistratus, quo fungitur, negotia permittent, eorumque curationem ex genuinis fontibus proponet. [...], Sommersemester 1735

[...] Privatim materiam Medicam, Collegium casuale, aliaque pro Auditorum desideriiis inchoabit., Sommersemester 1735

[...] aliisque Auditorum desideriiis se attemperabit., Sommersemester 1736

[...] Privatim praxin clinicam & institutions tradet, [...], Sommersemester 1736

Brandanus Meibomius absolutis de morbis infantum commentationibus, affectus adultorum eadem cura exponet. [...], Sommersemester 1736

Brandanus Meibomius in praxi clinica tradenda perget & morbos pectoris atque abdominis omni cura exponet. [...], Wintersemester 1736/1737

[...] Privatim institutiones explicabit & collegium casuale Auditoribus offert; & si quae sint alia eorum desideria, iis se lubens attemperabit., Wintersemester 1736/1737

Brandanus Meibomius inchoatas modo lectiones practicas omni cura & sollicitudine continuabit. [...], Sommersemester 1737

[...] Privatim materiam, uti vocant, medicam & Institutiones explicabit; aut si quae sint alia Auditorum desideria, iis se attemperabit., Sommersemester 1737

Brandanus Meibomius praxin clinicam omni studio tradet & medendi methodum ex genuinis fontibus haustam proponet. [...], Wintersemester 1737/1738

[...] Privatim pathologiam, institutiones & Medicinam forensem docebit., Wintersemester 1737/1738

Brandanus Meibomius, absolutis, quae ad praxin clinicam spectant, Medicinam forensem exponet & materiam, uti vocant, medicam explicabit. [...], Sommersemester 1738

[...] Privatim collegium casuale Auditoribus offert, aliisque eorum desideriiis se attemperabit., Sommersemester 1738

Brandanus Meibomius absolutis, quae ex Medicina forensi restant, medendi methodum & veram sanandi rationem ex genuinis fontibus proponet. [...], Wintersemester 1738/1739

[...] Privatim pathologiam aliasque Medicinae partes pro desideriiis Dn. Commilitonum praeleget., Wintersemester 1738/1739

Brandanus Meibomius commentationibus in Medicinam forensem ad finem perductis, medendi methodum & genuinam sanandi rationem omni cura tradet. [...], Sommersemester 1739

[...] Junget his privatis horis pathologiam & doctrinam de signis ad cognoscendas veras & multiplices morborum differentias. Tradet insuper institutiones Medicas & si quae sint alia Auditorum desideria iis lubens se attemperabit., Sommersemester 1739

[...] Materiam dein Medicam aliaque pro desideris Dn. Auditorium privatim adjunget., Wintersemester 1739/1740

Brandanus Meibomius praxin clinicam & quaecunque ad sanandi rationem pertinent, omni cura proponet, & genuinam medendi methodum ex senioribus principiis deducet. [...], Wintersemester 1739/1740

Brandanus Meibomius in exponendis particularibus affectibus sedulo perget & additis observationibus Omnia illustrabit. [...], Sommersemester 1740

[...] Privatim pathologiam & institutions tradet., [...], Sommersemester 1740

[...] & si quae sint alia Auditorum desideria, iis se lubens attemperabit., Sommersemester 1740

Brandanus Meibomius in tradenda praxi clinica sedulo perget & affectus pectoris atque abdominis inprimis exponet, medendique methodum ex genuinis fontibus explicabit. [...], Wintersemester 1740/1741

[...] Privatim propositis casibus Auditores ad praxin ducet & materiam medicam docebit, aut si quae sunt alia Dn. Commilitonum desideria, illis se attemperabit., Wintersemester 1740/1741

Dissertationen (16)

Considerans Fundamenta Brevioris Vitae Quae In Plerisque Hujus Aevi Hominibus Observatur
Dissertatio Inauguralis Medica, 18.11.1729

Providum Atque Tempestivum Medicamentorum Evacuantium Usum Pro Diversitate
Dissertatio Inauguralis Medica Sistens, 22.10.1723

De Animae Ad Restitvendam Sanitatem Impotentia
Dissertatio Inauguralis Medica, 31.07.1719

De vomitoriorum natura atque usu
Disputatio inauguralis medica, 10.02.1719

De apoplexia
Dissertatio medica inauguralis, 29.06.1723

De usu vaporationum et suffituum in curatione morborum
Dissertatio inauguralis medica, 30.04.1734

De naturae in conservanda et restituenda sanitate viribus
Disputatio inauguralis medica, 17.12.1714

De lochiorum suppressione
Disputatio medica inauguralis , 08.07.1717
, 1719

De arsenico
Dissertatio inauguralis chymico-medica, 22.03.1729

De conceptione
Dissertatio inauguralis, 21.06.1731. VD16 H 5026

De tuenda valetudine recens natorum
Dissertatio inauguralis medica, 28.12.1731

De cruditatibus ventriculi
Disquisitionem sollemnem, 31.10.1735

De morbis ex viscido oriundis
Dissertatio medica inauguralis, 12.09.1737

De epilepsia stomachica
Disquisitionem solennem, 30.04.1740

De pilis, eorumque morbis
Disquisitio solennis medica in qua, 15.06.1740

Rechenschaftsberichte

Zeitraum	17.03.1707–31.03.1707
Text	Anno 1707 / Mense Martio / Habita oratione praeliminari et praemisse programmata Lectiones publicas auspicatus sum / } Diebus 17, 18, 21 [et] 22 Pathologiam disciplinam in genere, eius in re Medica perspicuam utilitatem, constitutionem et progressum consideravi. / [v] / Die 24 Succinctam in Pathologiam qua generalem, qua sepcialem introductionem proposui. / Die 25 Festum annuntiationis Mariae / } diebus 28 [et] 29 Idem egi. / Die 31 Genuinos in hoc studio fontes exponere et praecipuos Auctores commonstrare coepi. / Brandanus Meibomius
Quelle	37 Alt 2536; 37 Alt 211 H.2, fol.51; fol.95
Zeitraum	02.04.1707–30.06.1707
Text	Mense Aprili / } Diebus 2 [et] 4 Coeptam Scriptorum recensionem continuavi. / die 5 Propter Visitationem Pharmacopolii impeditus fui. / } diebus 7 [et] 8 Qui supererant Auctores, omnes subministravi. / } diebus 9 [et] 10 Nundinae Oppidanae / } [diebus] 14 [et] 15 De Sanitate et morbo in genere et morborum differentiis egi. / Insecutum est Festum Paschatos. / Mense Maio / } Die 5, 6, 9 [et] 10 Morborum differentias et eorundem causas in genere consideravi. / [v] / } Diebus 12 [et] 13 In Pathologia speciali, quae cuticulae accidunt, morbosas constitutiones exposui. / } diebus 16, 17 [et] 19 De morbis cutareis egi. / die 20 Ob iter ad egrum impeditus fui. / } diebus 23, 24, 26 [et] 27 Cuticulae et cubis affectibus expositis quae circa finguedinem, mebranam, carrosam musculos atque peribonaeum in statu praeternaturali consideranda veniunt, explicui. / } diebus 30 [et] 31 Continuavi peribonaei [?] ut et omenti morbos exponere. / Mense Iunio / Die 2 Festum adscensionis Domini / } Diebus 6 [et] 7 Ventriculi morbos explicare coepi. / [53r] / } Diebus 6 [et] 7 Ventriculi intemperiem ut et inflammationem aliosque tumores consideravi. / } Diebus 9 [et] 10 De inflatione eiusdem magnitudine et situ mutato egi. / Festum Pentecostes / } Diebus 20, 21 [et] 23 Vulnera et uliera ventriculi consideravi. / Festum Iohannis / } Diebus 27, 28 [et] 30 Circa appetitum Laesum versatus sum et famem pariter ac sebum cum auctam tum animinutam consideravi. / Brandanus Meibomius
Quelle	37 Alt 2536; 37 Alt 211 H.3, fol.52-53; fol.56-57
Zeitraum	10.10.1707–23.12.1707
Text	Mense Octobri 1707 / Morbos Mesenterii aggressus. / } Diebus 10 [et] 11 Eius Obstructionem / } Diebus 12 [et] 14 eiusdem Inflammationem delineavi. / Die 17 Ob iter impeditus sum / } Diebus 18, 20, 21, 24 Reliquos Mesenterii affectus exposui / } Diebus 25, 28, 31 De morbis Pancreatis et Omenti egi. / Mense Novembri / } Diebus 2 [et] 3 Nuptiis Amici in vicinia interfui. / } 7, 8, 10, 11 Morborum hienis historiam exposui. / Diebus 14 [et] 15 Nundinae Oppidanae / } Diebus 17,18 [et] 21 Hypochondriacam passionem / } diebus 22, 24 [et] 25 Scorbutum et eius symptomata consideravi. / } diebus 28 [et] 29 Ob iter lectiones differre coactus sum. / Mense Decembri / Ad Affectus rerum et vesicae progressus. / [] Diebus 1, 2, 5 [et] 6 Dolorem Nephriticum et Calculum rerum consideravi. / } Diebus 8 [et] 9 De inflammatione rerum et ulcere / } Diebus 12 [et] 13 De calculo Vesicae egi. / } Diebus 15 [et] 16 Diabetis pathologiam proposui. / Iter in viciniam me impediit. / } Diebus 20 [et] 22 De Ischaria morbo egi. / die 23 Consistorium fuit. / Feriae Nativitatis Domini. /

- Quelle Brandanus Meibomius
37 Alt 2536; 37 Alt 211 H.3, fol.54; fol.77
- Zeitraum 12.01.1708–30.03.1708
Text Anno 1708 Mense Ianuario / } Diebus 12, 13, 16 [et] 17 Morbos faeminino sexui proprios in genere consideravi. / die 19 Mutatio erat ViceRectoratus. / die 20 De affectu Chlorosi egi. / die 23 Consistorium publicum fuit. / } diebus 24, 26 [et] 27 De mensium suppressione ut et fluxu nimio egi. / } diebus 30 [et] 31 Fluoris albi historiam proposui. / Mense Februario / } diebus 2 [et] 3 Furorem uteriarum consideravi. / Nundinae Brunsvicenses. / } diebus 14, 16 [et] 17 De Uteri inflammatione ulcere et Scherrho, / } diebus 20, 21, 23 [et] 24 De eius inflatione procidentia et gangraeva egi. / die 27 Consistorium publicum erat. / die 28 Uteri Cancrum consideravi. / Mense Martio / Anatome cadaverit faeminini publica usque ad 10mum mensis diem studiosos detinuit. / } diebus 12 [et] 13 Hystericam passionem consideravi. Hinc iterum anatome usque ad 21 mensis diem protracta est. / } diebus 22 [et] 23 De morbis acutis praegnantium egi. / Nundinae oppidanae. / } diebus 29 et 30 Morbos Chronicos praegnantium in genere consideravi. / Brandanus Meibomius
- Quelle 37 Alt 2537, 65
- Zeitraum 19.04.1708–19.06.1708
Text Anno 1708 Mense Aprili / Finitis Paschalibus feriis coepi agere de morbis Virili Sexui propriis. / } Diebus 19 [et] 20 Generalia quaedam praemisi. / } diebus 23, 24 [et] 26 De testium tumoribus disserui. / } diebus 27 [et] 30 Eorundem alios affectus pro nativitate consideravi. / Mense Maio / } Diebus 1,3 [et] 4 De Hernia et Seroti tumoribus egi. / } diebus 7, 8 [et] 10 Eius morbos porro consideravi. / die 11 Ob iter ad aegrum impedibus sum. / } diebus 14, 15 [et] 18 De Phimosi et Paraphimosi / } Diebus 21, 22, 24 [et] 25 De reliquis huc pertinentibus affectibus egi. / Festum Pentecostes. / Mense Iunio / } Diebus 7, 8, 11 [et] 12 Laesam generationem in Viris / } diebus 14 [et] 15 Contrarios ei affectus exposui / } diebus 18 [et] 19 Gonorrhoeae species consideravi / Reliquis diebus valetudo quaedam Lectiones interrupit. / Brandanus Meibomius.
- Quelle 37 Alt 2537, 66
- Zeitraum 03.07.1708–28.09.1708
Text Anno 1708 Mense Iulio / Ad morbos thoracis sive medii ventris progressus. / } Diebus 3, 5 [et] 6 De respiratione laesa eiusque variis speciebus egi. / Diebus 9 [et] 10 Nundinae fuerunt oppidanae. / } Diebus 12, 13, 16 [et] 17 De Pleuritide sive membranae pleurae inflammatione / } diebus 19, 20 [et] 23 De Peripneumonia sive pulmonum inflammatione disserui. / die 24 Mutatio erat ViceRectoratus. / die 25 Iter ad aegrum lectionem compediat. / Diebus 27 [et] 31 Empyematis pathologiam consideravi. / die 30 Consistorium publicum fuit. / Mense Augusto / Diebus 2 [et] 3 De pectoris hyrope egi. / die 6 Iter ad aegrum lectionem interrupit. / } Diebus 7, 9 [et] 10 Vulnera et uliera pulmonum consideravi / Hinc intervenerunt Nundinae Brunsvicenses / } diebus 23, 24 [et] 27 De Haemoptysi sive sanguinis eputo / Diebus 26, 30 [et]

- 31 De phthisi eiusque speciebus egi / Mense Septembri / Diebus 3 [et] 4
Nundinae fuerunt oppidanae / Diebus 6 [et] 7 Phthiseos historiam continuavi /
Diebus 10 [et] 11 De Tussi / } Diebus 13, 14, 17 [et] 18 De partium pectoris,
diaphragmatis et medietatis inflammationibus / } Diebus 20, 21 [et] 23 De
Cordis morbis in genere egi / Die 25 Ob iter ad aegrum impedibus sum. / }
diebus 27 [et] 28 Cordis paspitationem consideravi. / Brandanus Meibomius
37 Alt 2537; 37 Alt 211 H.3, 67; 21
- Quelle
- Zeitraum 01.10.1708–21.12.1708
- Text Mense Octobri 1708 / [] Diebus 1,2,3,4,8 [et] 9 De hipothymia et syncope ac
reliquis Cordis affectibus egi. / diebus 11 [et] 12 De affectibus soporosis uti
dicuntur, egi. / die 15 Dies Natalis erat Academiae. / diebus 16, 18 [et] 19 De
Apoplexia / } diebus 22, 23 [et] 25 De Paralysi egi / Reliquis diebus
Convulsuorum affectuum naturam scrutatus sum. / Mense Novembri / } 1,2,5
[et] 6 De Epilepsia / Diebus 8 [et] 9 De Vertigine egi. / diebus 12 [et] 13
Nundinae erant Oppidana. / } diebus 15, 16, 19 [et] 20 Phrenibidis naturam et
signa pathognomica proposui / die 22 Ob iter ad aegrum impedibus fui / }
diebus 23, 26, 27, 29 [et] 30 Dolorum Capitis varia genera consideravi / Mense
Decembri / diebus 3 [et] 4 De Tremore / } diebus 6,7 [et] 10 De Mania egi / }
diebus 11,13, 14 [et] 17 Affectus melancholicos consideravi. / } 18, 20 [et] 21
De Cerbri abscessu et sphacelo egi. / Secutae sunt Feriae Nativitatis Domini
nostri. / Brandanus Meibomius
- Quelle 37 Alt 2537; 37 Alt 212 H.1, 68; 14
- Zeitraum 10.01.1709–22.03.1709
- Text ANNO MDCCIX / Mense Ianuario / Absolutis iis, quae in speciali pathologia
supererant explicanda ea quae ad generalem eius notitiam magis spectant,
exponere coepi, et quidem. / } Diebus 10, 11 [et] 14 De Medicinae indole et
constitutione in genere egi. / } 15, 17, 18, 21 [et] 22 Eius Natales et per varias
aetates progressum exposui. / 24 Mutatio erat Vice Rectoratus. / Reliquis
huius mensis diebus varias, quae temporis decursu floruerunt, sectas
consideravi. / Mense Februario / Die 1 Disputatio erat Theologica
Inauguralis. / Secutae sunt Nundinae Brunsvicensis. / Die 14 usque ad 21
Praecipuos cuiuslibet aevi Auctores recensui. / 22 [et] 25 De Medicae artis
Obiecto. / 27 [et] 28 Eiusdem sine [?] aliisque huc pertinentibus egi. / Mense
Martio / Die 1 usque ad 8 De partibus Medicinam constituentibus. / 11, 12, 14
[et] 15 De rerum Naturalium elementis egi. / 18 [et] 19 Nundinae erant
oppidanae. / 21 Statum corporis naturalem, quâ ad praeternaturalem
intelligendum facit, considerare coepi. / 22 Disputatio erat Iuridica inauguralis.
/ Secutae sunt Feriae Paschales. / Brandanus Meibomius Doctor
- Quelle 37 Alt 2538, Fol. 51
- Zeitraum 11.04.1709–28.06.1709
- Text ANNO MDCCIX / Mense Aprili / } Diebus 11 [et] 12 De alimentorum in ore
praeparatione. / } 15 [et] 16 De eorum in ventriculo digestionem egi. / 18 Oratio
erat Inauguralis Professoris Extraordinarii doctoris Rempii. / } 19 Usque ad 23
Chyli ulteriorem praeparationem et ex intestinis motum consideravi. / } 25 [et]
26 De sanguificationis negotio. / } 29 [et] 30 De sanguinis motu et circulatione

	egi. / Mense Maio / } Die 2 usque ad 7 De respirationis negotio disserui. / 9 Dies adscensionis domini nostri. / 10 [et] 13 Doctrinam de sensibus in genere exposui. / 14 [et] 16 Visionis modum explicavi. / 17 De auditu egi. / Hinc Feriae fuerunt Pentecostales. / 27 [et] 28 De gustu et olfactu. / 30 [et] 31 De tactu egi. / Mense Iunio / } Diebus 3, 4 [et] 6 De sensibus internis disserui. / } 7, 10 [et] 11 De generationis et conceptionis negotio egi. / 13 [et] 14 Foetus exclusionem tempore partus. / 17 [et] 18 Eius in ultero vitam consideravi. / 20 [et] 21 Doctrinam de Temperamentis proposui. / 24 Festum Iohannis Baptistae. / Die 27 Disputatio Iuridica Inauguralis. / } Diebus 25 [et] 28 De nutritionis ratione egi. / Brandanus Meibomius
Quelle	37 Alt 2538; 37 Alt 212 Heft 1, Fol. 52; Fol. 91
Zeitraum	01.07.1709–27.09.1709
Text	Mense Iulio / } Diebus 1 [et] 2 Res nonnaturales, quatenus morborum causae sunt, et quidem primo aerem considerare coepi. / 4 [et] 5 De cibo et potu egi. / 8 [et] 9 Nundinae erant oppidanae. / 11 [et] 12 Auctio librorum publica. / 15 [et] 16 Motum et quietem ac exercitia corporis consideravi. / 19 [et] 22 De somno ac vigiliis disserui. / 23 Disputatio Iuridica Inauguralis. / 25 [et] 26 Excreta uti dicuntur et retenta. / 29 [et] 30 Passiones animi ut multorum morborum parentes consideravi. / Mense Augusto / } Diebus 1, 2 [et] 5 Doctrinam de plethora sive Sanguinis redundantia exposui. / } 6, 8 [et] 9 De cacochymia egi. / Hinc Nundinae fuerunt Brunsvicensis. / 22 [et] 23 De turbata sanguinis mixtione. / 26 [et] 27 De flatibus. / 29 [et] 30 De cumbricis egi. / Mense Septembri / Diebus 1 [et] 2 Nundinae erant oppidanae. / 5 [et] 6 De calculo. / 9 [et] 10 De morborum temporibus disserui. / 12, 13 [et] 16 De morbis intemperiei. / 17 [et] 19 De morbis conformationis disserui. / 20 Iter ad aegrum me impediit. / 23 [et] 24 De morbis compositionis. / 26 [et] 27 De morbis solutae unitatis egi. / Hinc Festum Michaëlis. / Brandanus Meibomius
Quelle	37 Alt 2538; 37 Alt 212 Heft 1, Fol. 53; Fol. 70
Zeitraum	07.10.1709–24.12.1709
Text	Mense Octobri / Finitis feriis ad morbus ventriculi progressus. / } Diebus 7, 8 [et] 10 De Anorexia s. inappetentia. / } 14 [et] 15 De appetitu nimio egi. / 15 Dies Natalis erat Academiae. / 17 Et reliquis huius mensis diebus appetitum auctum, sitim praeternaturalem, cruditates vomitum, aliosque ventriculi morbos consideravi. / Mense Novembri / } Diebus 1 [et] 4 De cardialgia. / 5 [et] 7 De cholera morbo. / } 8, 11 [et] 12 De henteria et coeliaca passione. / 14 [et] 15 De Diarrhoea egi. / 18 [et] 19 Nundinae erant oppidanae. / 21 usque ad 29 Dysenteriam, Coliam aliosque intestinorum affectus delineavi. / Mense Decembri / Diebus 2 [et] 3 De Palpitatione Cordis. / 5 [et] 6 De Syncope et Lipothymia. / 9 [et] 10 De Caclexia. / 12 [et] 13 De Scabie eiusque speciebus egi. / 16 Usque ad 24 Affectus aliquot renum et et vesicae stranguriam, ischuriam calculum similesque consideravi. / Hinc Festum Nativitatis Dominus Nostrum. / Brandanus Meibomius
Quelle	37 Alt 2538, Fol. 54
Zeitraum	17.01.1710–31.03.1710
Text	Mense Ianuario Anno MDCCX / Ad morbos capitis progressus, affectus qui

	dicuntur soporos, considerare coepi. / Diebus 17 [et] 18 De Comate / } Diebus 20 [et] 21 De Caro et Catalepsi egi. / die 23 Mutatio erat Vice Rectoratus. / } Diebus 24 usque ad 31 Lethargum, Incubum, vertiginem consideravi. / Mense Februario / } Diebus 3,4 [et] 6 Epilepsiae historiam proposui. / diebus 7 [et] 10 De apoplexia. / } diebus 11, 13 [et] 14 De doloribus Capitis, / diebus 17 [et] 18 De Phrenitide egi. / die 20 usque ad finem huius mensis paralytin melancholiam, maniam similesque affectus delineavi. / Mense Martio / } Diebus 3, 4, 6 [et] 7 De visus hebetudine, amanros et myopia / } diebus 10,11, 13 [et] 14 De Ophtalmia et Suffusione. / diebus 17 [et] 18 De Nyctalopia / } diebus 20, 21 [et] 24 De Leucomate, glaucomate et Pterygie egi. / } diebus 25 [et] 27 Strabismum. / diebus 28 [et] 31 Epiphoram consideravi. / Brandanus Meibomius
Quelle	37 Alt 2539; 37 Alt 212 H.2, 55; 145
Zeitraum	01.04.1710–30.06.1710
Text	Mense Aprili / Ad aurium et auditus vitia progressus. / } Diebus 1,3,4 [et] 7 De Inflammatione et abscessu aurium egi. / Diebus 8 [et] 10 Nundinae erant Oppidanae. / diebus 7 [et] 11 De Ulcere aurium disserui. / Hinc feriae fuerunt Paschales. / diebus 28 [et] 29 Tinnitum aurium consideravi. / Mense Maio / Die 1 usque ad 9ni De difficultate auditus, surditate ac dolore aurium egi. / diebus 12, 13, 15 [et] 16 De affectibus narium, vulneribus, ulceribus, polypo disserui. / diebus 19, 20 [et] 21 De Ozaena et Sternutatione / diebus 23, 26 [et] 27 De Olfactu imminuto et sublato egi. / die 29 Dies erat adscensionis Domini. / die 30 Coryzam, ubi vocant, consideravi. / Mense Iunio / Diebus 2, 3, 5 [et] 6 Affectus aliquot linguae proposui. / Hinc feriae erant Pentecostales. / die 16 [et] 17 De tumoribus linguae. / } diebus 19, 20 [et] 23 De eius tuberculis, ranula et fraeni vitiis disserui. / die 24 Festum erat Iohannis Baptistae. / } diebus 26, 27 [et] 30 Vulnera et ulcera linguae consideravi. / Brandanus Meibomius
Quelle	37 Alt 2539; 37 Alt 211 H.2, 56; 155
Zeitraum	01.07.1710–26.09.1710
Text	Mense Iulio Anno MDCCX / } diebus 1,3,4 [et] 7 De variis gustus laesionibus disserui. / diebus 8 [et] 10 Nundinae erant Oppidanae. / } diebus 11, 14 [et] 15 De Uvulae vitiis. / diebus 17 [et] 18 De tonsillarum affectibus egi. / Hinc acidularum usus lectiones aliquantisper interrupit. / Mense Augusto. / } Diebus 1,4 [et] 5 Sensum tactus diversimode laesum / diebus 7 [et] 8 Varia dolorum species consideravi. / Hinc Nundinae fuere Brunsuicenses. / } diebus 18,19 [et] 21 Symptomata aliquot genitalem facultatem infestantia et in his primo sterilitatum. / } diebus 22, 25 [et] 26 Gonorrhoeae diversas species / diebus 28 [et] 29 Festum aliquot affectus proposui. / Mense Septembre / } Diebus 1,2 [et] 4 De Phinosi et paraphimosi egi. / } diebus 5, 8 [et] 9 Aliquot penis affectus descripsi. / diebus 11 [et] 12 Urethrae vitia proposui / } diebus 15, 16 [et] 18 Disputationes Inaugurales Iuridicae et Medicae fuere. / } 19, 22, 25 [et] 26 De scrobi tumoribus et hernia carnosa egi. / die 15 Promotio erat in Facultate Iuridica / Hinc Festum Michaelis. / Brandanus Meibomius
Quelle	37 Alt 2539; 37 Alt 212 H.2, 57; 26 (stark gebräuntes Papier)

Zeitraum	06.10.1710–23.12.1710
Text	Mense Octobre 1710 / Progressus ad morbos, qui faeminino sexui proprii sunt, / } diebus 6,7,9 [et] 10 De fluore albo et Chlorosi. / } diebus 13, 14 [et] 16 De passione hysterica egi. / diebus 17 [et] 20 De Conceptione Laesa / } diebus 21, 23 [et] 24 De mensium vitiis in genere / } diebus 27, 28 [et] 31 De eorum suppressione disserui. / die 30 Disputatio erat Inauguralis Medica. / Mense Novembre / } diebus 3,4 [et] 6 De mensium nimio fluxu. / } diebus 7, 10 [et] 11 De mensibus inordinatis. / } diebus 13, 14 [et] 17 De lochiorum suppressione egi. / diebus 18 [et] 20 Nundinae erant Oppidanae / } diebus 21, 24 [et] 25 Lochiorum nimium fluxum. / diebus 27 [et] 28 Appetitus Venerei defectum consideravi. / Mense Decembre / } diebus 1,2 [et] 4 De symptomatibus gravidarum / [diebus] 5 [et] 8 Gravidarum purpura. / diebus 9 [et] 11 [de] Abortu eiusque causis, / diebus 12 [et] 15 [de] Partu difficili, / diebus 16 [et] 18 [de] Doloribus partum praecedentibus, / diebus 19 [et] 22 [de] Doloribus post partum egi. / die 23 Disputatio erat Inauguralis Theologiae / Hinc feriae erant Nativitatis Domini. / Brandanus Meibomius
Quelle	37 Alt 2539; 37 Alt 212 H.2, 58; 88 (stark gebräuntes Papier)

Zitierhinweis

Prof. Brandanus Meibom. In: Wissensproduktion an der Universität Helmstedt. Forschungsportal zur frühneuzeitlichen Universitätsgeschichte. Hrsg. von der Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel. 2010–2013. Relaunch 2026. Permalink: <https://uni-helmstedt.hab.de/prof-144-meibom> [06.07.2026]